

M'. Aquilium patres nostri.

§ 98.

Commemorationem facit huius Aquilii et in Verrinis orationibus, qui bellum in Sicilia contra fugitivos gessit et gloriose multa confecit. Horum igitur enumeratio
5 exemplorum πρὸς τὴν ἀντίστασιν operatur, ut, cum illis omnibus causam dicentibus gloriae suae profuerint, huic etiam Flacco prodesse debeat, quod coniurationis indicia deprehenderit.

Quem posthac tam amentem fore putatis?

§ 105.

10 Οἰκτιρμός. <Ut> magis moveret, addidit conservandos bene de re p. meritos viros, ut ceteri huius devotionis imitentur exemplum.

Huic, huic misero puero.

§ 106.

... intulit secutus videlicet suam consuetudinem et
15 artis oratoriae disciplinam, ut lacrimosis adfectibus prope sententiam iudices impleantur.

PRO FLACCO EXP.
INCIPIT CUM
SENATUI GRATIAS
20 EGIT.

Oratio<num ordo> Tulli<anarum> ... <pos>tulabat, ut praecedentis commentario eam subiceremus, quae inscribitur: Si eum P. Clodius legibus interrogasset, quae oratio videtur post mortem eius inventa. Sed
25 quoniam plurimae consequentur, in quibus <eadem> paene omnia dicturus est, eximendam numero arbitratus sum,